



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

VI. De Medicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

similibet docti, & alioqui habiles. gradus hujusmodi, vel eorum aliquem palam vel privatim recipere valeant, nisi Doctores videlicet, ac Regentes, Magistri & alii Professores jam ad cathedras & lecturas recepti, in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses à die publicationis presentium computandos: reliqui vero ad cathedras, & alias lecturas ibidem in posterum assumendi ante illorum receptionem in Rectoris, vel aliorum superiorum Eligendi autem in Rectores vel Cancellarios animumque electionem, aut saltem admissionem in ordinariis loci, vel eius in spiritualibus vicariis; Ac promovendi Scholares, & alii prefati ante illorum promotionem in eisdem ordinariis, seu eius vicariis, aut Doctorum aliorumve promovendum manibus, previo etiam processibus, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur, super religione fideque catholica, Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorum, & promovendorum eorumdem per ipsos locorum ordinarios, vel eorum Vicarios rite facta procedente, eandem catholicam fidem, verbis juxta formam infra scriptam tenorem conceptis palam & solemniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, & fidei professione in privilegio Doctoratus vel alterius gradus hujusmodi, specialis ac de verbo ad verbum mentio & relatio fieri debeat, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo statuimus & ordinamus. Forma autem ista professionis fidei hæc est: Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem cæli, & terra, visibilibus omnium, & invisibilibus. Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, filioque procedit. Qui cum Patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et unam sanctam, catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi, Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesie observationes, & constitutiones firmiter admitto, & amplector. Item, sacramenta scripturarum, juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto; nec eam unquam nisi juxta unanimum consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vera & propria Sacramenta novæ legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesie catholice ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione recipio & admitto. Omnia & singula que de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium

pro vivis & defunctis, atque in sanctissimo Sacramento esse verè, realiter, & substantiale corpus, & sanguinem, una cum anima, & divinitate Divini Iesu Christi, fierique conversionem totius substantie panis in corpus, & totius substantie vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Eator etiam sua altera natura specie totum atque integrum Christum, veniensque sacramentum sumi. Constanter teneo purpationem esse animasque ibi detentas fidelium suffragio servari. Scilicet & Sanctos, una cum Christo regnantes, venientes atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Tamen assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, necnon aliorum Sanctorum habendam & retinendam esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impendendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem & magistrum agnosco. Romanus Pontifex beati Petri Apostolorum Principis successor à Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spectat, nec juro. Cetera item omnia à sacris canonibus, conciliis, & Conciliis, ac præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia, & contra hæreses qualunque ab Ecclesia damnata, & contra anathematizatas, ego patere damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in presenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & immutatam usque ad extremum vitæ spiritum conservaturum Deo adjuvante retinere, & confiteri, atque à meo libere, teneri, doceri, & predicari, quantum in meo est, staturo. Ego idem N. spondeo, voto, & jurare, si Deus adjuveret, & hæc sancta Dei Evangelia.

TITVLVS VI
DE MEDICIS.

Pius Quintus.

Fidei professionem præscriptam & juxta iuramentum prædictam emittere debent Medici, nec ultra decem annorum viginti annorum infirmis spiritualia remedia, confessionem tenentur, nisi admoverint.

CAP. I.

Supra gregem Dominicum nostre vigilanter observatus creditur vigilis speculatoris, prout nobis ostendit per conceditur, exercentes officium, ad ea, per quæ animarum salutem cum divini nominis gloria communi liceat, libenter intendimus, ut Christi fideles post Baptismum in peccata lapsi, per Sacramentum poenitentiarum reconcilientur. Sane, cum in infirmitas corporalis nunquam ex peccatis proveniat, dicente Domino, in quo quid quem sanaverat: Vade, noli amplius peccare, nequid deterius tibi contingat: ac propterea proinde, si peccata, Innocentius 4. Illi prædecessor noster Martinus cepit, ut, cum eos ad agrotos vocari consuevit, prius ante omnia moneant, ut animarum Medicum vocent, nec cum eis hoc in extrema ægitudine constituta fuerint, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutarem præceptum nulla temporis præscriptio aboleri, sed semper observari, confirmationem prædictam auctoritate Apostolica tenore presentium innovamus, & hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus.

a Decreto magis Concilii Lateranensis 1517.

mus, & decernimus, quod omnes Medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum S.R.E. confiteantur, neq; tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiam onefactam confiteri, quod infirmi, ut praxmittitur, peccata sua confessi fuerint. Coniunctos vero, ac omnes familiares & domesticos infirmi in Domino rogamus & moneamus, ut de infirmitate parochum certiorem faciant, ac tam parochus, quam conjuncti & familiares praxfati infirmum ad confessionem peccatorum suadeant & inducant. Quod si qui Medicorum praxmittit non observaverint, ultra poenas in dicta constitutione contentas, quas incurere declaramus, perpetuo sint infames, & gradu medicinæ, quo insigniti erant, omnino priventur, & à Collegio seu universitate Medicorum ejiciantur, ac poena etiam pecuniaria arbitrio ordinariorum, ubi deliquerint, multentur. Et, ut hæc omnia inviolabiliter observentur, volumus, & eadem auctoritate precipimus & mandamus, ut nullus possit, ac ubique locorum Medicina Doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quovis collegio & universitate concedatur, nisi omnia in presentis nostra constitutione contenta medio eorum juramento, coram Notario publico & testibus, observare in eorum manibus, vel ordinarij juerint, & de hujusmodi juramenti in privilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si collegia & universitates praxfate non recepto à promovendis juramento hujusmodi, eosdem ad gradum praxdictum promoverint, aut eisdem medendi licentiam praxstiterint, poenam privationis facultatis alios ulterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus & diocesisbus propriis, presentibus nostras literas publicari faciant, ac juramentum praxdictum à Medicis jam promovis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remedijs exigant, neque aliquos ad medendum in civitatibus & diocesisbus praxdictis admittant, nisi eis confiterentur eosdem juramentum hujusmodi praxstiterint, & contumaces, & jurare ac juramentum hujusmodi jam praxstitutum exhibere recusantes, gradu medicinæ, & omnibus privilegijs eisdem Medicis, tam conjunctim, quam divisim eis & eorum cultibet concessis per quovis etiam Romanos Pontifices privent, ac ab ingressu Ecclesiæ atceant donec recipuerint. Rom. 9. Martij 1566.

Gregorius XIII.

Medici Judas & infideles ad Christianorum curandos morbos non admittantur.

CAP. II.

Alia pia mem. Paulus Papa quartus praxdecessor noster edita perpetua constitutione inter alia sancivit, ne Medici Judæi etiam vocati & rogati ad Christianorum agrotantium curam accedere, aut illi interesse possent, quam constitutionem postea Pius Papa quintus etiam praxdecessor noster per suas literas approbavit, innovavit, & confirmavit, & sub imitatione divini judicii praxcepit & mandavit, omnia in eadem constitutione contenta in posterum firmiter observari, non solum in terris & dominijs sanctæ Romanæ Ecclesiæ subjectis, sed etiam ubique locorum. Quia tamen nobis non sine magna animi nostri molestia innotuit, ea minimè observari, sed multos adhuc ex Christianis hominibus esse, qui dum suos corporum languotes illicitis medijs, & praxcipuè Judæorum ac aliorum infidelium opera sanari cupiunt, verè salutis animarum suarum & corporum simul immemores sunt, & (quod valde dolendum est) in damna-

tionis æternæ maximum sape discrimen incidunt, medicis Judæis & infidelibus hujusmodi ad ipsorum curantem vocatis & adhibitis: unde fit, ut & Judæis ac alijs infidelibus magna detur delinquendi occasio, & simul salutare praxceptum negligatur ab Innocentio Papa III. similiter praxdecessore nostro in Concilio generali quondam emissum, & deinde à praxdicto Pio V. innovatum, quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati essent, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ confiterentur, neque tertio die ulterius eos visitent nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientia onerabatur, concessisset, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constaret, quod infirmi peccata sua confessi fuissent. Idcirco nos iam Judæos, qui adversus mandata hujusmodi Apostolica committere audent, quàm Christianos qui illos ad se accerunt, vel medendi licentiam concedunt, & viam ad delinquendum eisdem aperiant, coactere volentes, supradictas praxdecessorum nostrorum constitutiones, auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, confirmamus, & innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus, atq; hac nostra in perpetuum vultura constitutione, eisdem constitutionibus & praxceptis pro firmiori illorum observatione adentes, universis utriusq; sexus Christi fidelibus districte inhibemus & interdiciamus, ne post hæc Judæos vel alios infideles ad ipsorum Christianorum agrotantium & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocati, admittitive faciant, concedant, vel permittant.

TITVLVS VII. DE CONCILIIIS.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Summi Pontificis auctoritas supra Concilium esse multis exenpla & praxgnantia sanctorum in Concilio Basiliensi decreta abolitæne probatur.

CAP. I.

Post æternus gregem suum usque ad consummationem seculi nunquam deseruit, ita Apostolo teste, obedientiam dilexit, ut pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato seipsum humiliaverit, factus obediens usq; ad mortem, migraturus vero ex mundo ad patrem, in soliditate petre Petrum ejusq; successoris vicarios suos instituit, quibus ex libro Regum e testimonio ita obedire necesse est, ut qui non obedierit morte moriatur, & ut alibi legitur, in Ecclesia esse non potest qui Romani Pontificis cathedram deserit, quoniam à Augustino & Gregorioq; auctoribus, sola obedientia est mater, custosq; omnium virtutum, sola fidei merium possidens, sine qua quisq; infidelis convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Itaque nos eodem Petro docente solliciti esse debemus, ut quæ à Rom. Pont. praxdecessoribus nostris, praxsertim in sacris Concilijs pro obedientiæ hujusmodi auctoritatis, libertatisque Ecclesiæ, & sedis Apostolicæ defensione mature, & ex legitimis causis inchoata sunt, nostro studio, cura, & diligentia debite absolvantur, & ad optatum finem perducantur, simplicium quoque animæ quarum etiam rationem Deo reddiduri sumus, à dolis & laqueis tenebrarum Principis liberentur, sanè scilicet. rec. Julius Papa secundus praxdecessor noster, post indictum ex legitimis tunc expressis causis, de venerabilium fratrum suorum sanctæ Rom. Ecclesiæ. Cardin. de quorum numero tunc eramus,

a C. cum infirmitas. de parent. & remission. b Philipp. 2. c. 1. Reg. 15. d Augusti. in opere Monachorum. e Gregor. 15. moral.